Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput VII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

ut tantum custodiret thesaurum, nec castior fuit
quam cautior. Etsi enim vir sanctissimus, cae-
lestium rerum contemplationi maxime deditus, ex-
cellentisque temperantiae armis tectus, nullo ne-
gotio tota negligentissime ignea extinxerat; tamen
adeo timidus in hoc genere & cautus erat, ut
si maxime obnoxius esset libidini. Nunquam
non foemina ulla nisi luce palam & adhibitis
arbitris, de rebus utique necessariis colloquutus est,
ratus mulieres forma adiri minore emolumen-
to quam periculo.

Crucis et Evangelicae paupertatis studium.

in impresso erat III. debet esse VIII.

Cap. VIII [III]

Vitae quoque asperitas, integritatis custos, in
Xaverio eximia fuit. Nam et ad edomandam
lascivientem aetatem, ut antea dictum est, nu-
dos artus funiculis saepe ac diu constrictos ha-
buit, cum acri sensu doloris; & in omni vita tum
frequentibus jejunijs, tum crebris verberatio-
Victus tenuis. nibus corpus afflictavit suum. Victus tenuis
semper, ac parabilis, isque aut precario quae-
situs, aut eleemosynae nomine ultro delatus.
Caeterum foris apud alienos coenans, Christo
auctore, promiscue comedebat quaecunque appo-
nebantur: ita nec molestus erat hospitibus,
& singularem illam suam abstinentiam occultans,
deinde hospitalis mensae lautitiam privata
victus duritie vindicabat. Omnino ubi potio-
nisque modus naturali desiderio finitus, non
Cibum sumit semel in die. voluptate. Mos illi erat semel duntaxat in die
cibum, & unius fere generis, capere, qui non
tam delectaret palatum, quam sustineret na-
turam. Cibus quantumvis occupatum parvus et
satiabat. Carnem ac vinum raro admodum
gustabat, nisi apud communes hospites. ne
pane quidem ipso, si etiamsi suppeteret, ex-
plebat

plebat famem. In Meacensi itinere sane longo
impeditoque, oryza ipsa perpetuo vixit. Quam
diu autem in Japonia versatus est, adeo insulsis
Japonum cibis, insolitaque singularitate assuevit
ut quam deinde reversus nostratium pristino
vinique ciborum gustum haberet nullum. Vino Vino abstinuit.
multos abstinuit annos: quoad affecta iter-
ibus laboribus attenuata valetudo subegit adhi-
bere pauxillum vini bene diluti. Itaque cum ad
eum in Comorinensi promontorio versantem
Alphonsus Sosa, Indiae Praetor, duos vini cados
dono misisset, illi ipsum vinum Xaverius inga
patum dispertivit pauperibus. Jam lectuli
mollitiem ita non amabat, ut quicunque locus
ad cubandum aptus videretur, illi esset pro
lectulo. Itaque ei saepissime humus fuit, quod in Humi cubabat
Promontorio Comorino, in Moluco, in Japonia
solenne fuit; nuda, inquam, humus cubile prae-
buit. In navi aut asseres, aut anchorarij funis
volumina, stratum dederunt. Si qua lectuli
esset similiter, cum saepe omittebat, aegris sponte
sponte concederet. Atque etiam in ora Comori
nensi, ut liberius cubaret humi, culcitram cum
cervicali sibi ab Indiae praetore missam do-
navit aegrotis. Terrestria itinera, quamquam
saepe esset equi copia, fere confecit pedes;
idque etiam in Japonia, ubi passim cum saevis
nive, glacie, torrentibus erat luctandum. Verum Mortificatio
nihil antiquius illi fuit, quam ut cupiditates animi, sui ipse
motusque animi abhorrentes a ratione atque victoria
honestate, quam maxime frangeret, atque ipsum
se, quod difficillimum ac pulcherrimum victo-
riae genus est, omnibus in rebus penitus
vinceret. Argumento est, quod Venetiis vale-
tudinario incurabilium inserviens fert supra o-

standumq; inuictorio homine, si ipse animum obtemperaret, in perpetuum se ipse vicit. Socios autem identidem admonebat, ut semel parvis in rebus vincere assuescerent; ita demum magnorū certaminum fore victores. Itaque ipse hanc, quam alijs praecipiebat, rationē secutus, omnes animi motus domitos compressosque in sua ditione ac potestate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, et idem semper vultus. Quod si quando vitium aliquod aut delictum graviter increpandum erat, severitatem velut reprehensionis amictum ita sumebat, ut sub exigitationem, quasi persona deposita, ad pristinam comitatem ac facilitatem rediret. Certe tamen illi animi moderatio afflictatione corporis potior erat. Prandus quippe atque impotentes animi motus maxime domandos ratus, eo referendam esse censebat corporis vexationem, ut externa mortificatio interiorem juvaret. Quocirca ea maxime mortificationum genera probabat, quibus interiores sensus perstringerentur, augeretur virtus pietasque. Irae perinde potens fuit, quasi nesciret irasci. Eximia ejus mansuetudo cum saepe alibi, tum verò Malacae spectanda fuit, ubi cum insana Praefecti urbis insolentia certavit. Nam cum ille Sinica legatione per summam injuriam intercepta sed arte clo cumque is impudenter atque obstinatè egregios Francisci conatus Evangelijque impediret cursum: tanta Xaverij extitit lenitas, ut dignum temerario homini ac vesano Pontificalis excommunicationis fulmen intentans, Xaverius Apostolicus supplicem Episcopi vicarium ad eum saepius allegavit. Crederes Franciscum ...

accepisse

Victoria sui in parvis rebus

Idem semper vultus

Mortificatio animi

Irae potens.

accepiſſe injuriam, sed feciſſe: et utrumq; depre-
cari potius, quam vindicari. In grauiſſimis vero
contumelijs, & omnis generis vexationibus nunquam
de propria querebatur, sed pro vexatoribus Orat pro inimicis.
suis orabat numen, ut eos miſericordia po-
tius exciperet, quam diuina reseruaret justitia.
Itaque illo ipso tempore à Malacensis Præ-
fecti emiſſarijs; ultro omni contumeliarum
genere appetitus, pro importuniſſimo homi-
ne quotidie fecit sacrum, ne quid semel rue-
re cœperat, interiret. Haud minor eminuit Paupertatis
in eo voluntariæ paupertatis amor, quam Euangelicæ stu-
animi moderatio. Nam diu multumq; me- dium.
ditatus egestatem Christi qui propter nos
egenus factus est, cum eſſet diues Euangeli-
cam paupertatem unicè dilexit: utique cum
quotidie magis eum usus doceret, quam o-
pulenta foret ejusmodi paupertas, quæ animū
anxijs curis solutum ac liberum cælestibus af-
fatim ditaret bonis, efficeretq; ut nihil habenti
nihil deeſſet. Invicta fere etiam in Goano
Collegio, ubi ultro omnia suppetebant, men-
dicato victitavit cibo. Nec terra solum, sed etiā
mari, sine viatico & commeatu iter fecit. Exi-
mia illius paupertatis exempla tota illius sup-
peditat vita. Atque, ut minus illustria sileantur,
subeat animum memoria profectionis Indicæ
ex Lusitania, cum Magistratibus regijs
Regis imperio etiam atque etiam instantibus,
propter [illegible] [illegible] Bonæ spei Promon-
torium, antarcticis frigoribus infame, pannorumq;
neceſſarios libellos, accepit nihil. In ipsa vero
naui nullis neque primariorum hominum

nec Prætoris ipsius precibus seduci à proposito
vitæ recto[?]que potuit. Quippe non solùm ali-
menta, sed etiam calceos, indusia, cætera quæ neces-
saria à militibus classiarijs Christi nomine men-
dicare, quàm à Prætore Prætoriisve conditionibus
ultro oblata accipere malebat, tanto erat dedi-
tus Evangelicæ paupertati. Indico itineri haud
absimilis fuit Conimbricensis profectio, solis oneri[?]
confecta. Cæterum vestitu erat Franciscus vil-
losque corporis vulgari. Panno[?] ex urbe in
Lusitaniam, atque inde in Indiam perrexit.
In India honesto vestitu, qui offerebatur, re-
pudiato, cannabinam adamavit tunicam sine
pallio, veritus ne splendore habitus sibi fors[?]
aliqua animi elatio gigneretur. Francisci

Togam detritam præfert novæ.

toga detrita usu iam erat laceraque, amici
novam ei offerebant. At ille sua paupertate
se involvens, nunquam passus est veterem
sibi detrahi, ut indueret novam. Itaque missus
ab eis, qui intempesta nocte dormiente Xave-
rio laceram vestem auferret, novamque eius
substitueret loco. Ille ante lucem surgens, quam
reperit vestem induit pro sua: eaque indutus dein-
de prodijt in publicum, nihil penitus beni-
gnam amicorum fraudem sentiens. Erat for-
ma novæ togæ longè alia quàm veteris. Er-
go eodem die cum apud Franciscum Patrum
aliquique amicos rei conscios, cenaret: illi
velut admirabundi super cœnam, quidnam illud
vestimenti esset, per iocum rogitare cœpe-
runt. Tum demum Xaverius togæ adver-
tit animum. Ut verò similis araneibusque no-
vam esse perspexit, obstupuit scilicet; mox fran-
de intellecta subridens ait, nimirum alienum
illum vestitum alijs convenire, non sibi. Sub-
inde autem summis precibus eos tandem exo-
ravit

ravit, ut rubiculam togam redderent, subjectam reciperent. Igitur summa Japoniæ frigora, quamquam Xavierius algoris ac tremoris consueta in toga toleravit. Ex Japonia porrò egregijs paupertatis insignibus, galero obsoleto, subucula detrita, tunica lacera, variisque temerè assutis pannis deformata, de luxu quodammodo triumphans rediit Goam. Quam libenter autem paupertatis incommoda subierit, quantopere in omnium rerum angustijs tanquam in cælestibus delitijs vestire sit solitus; facilè intelligi potest ex duarula epistola, quam ex Maurica misit ad Socios Romanos: ubi regionem illam describens omnibus cum victus vitæque commodis carere dixisset, affirmat nunquam alias majores ac liquidiores divinitus se hausisse voluptates. In literis quoque, quas ad Goanos socios ex Japonia misit, Satis non, inquit, fratres charissimi, ut nos in agendis Deo gratijs pro tanto beneficio diuinotis. Nam singulari Dei munere in Japoniam pervenimus, ubi summa est rerum omnium inopia, quod equidem in maximis divinæ providentiæ beneficijs numero: namque alijs in locis ciborum commodorumque usus plerumque homines invitat ad effrenatas corporum ~~cupiditates~~ cupiditates explendas. Itaque et eorum animi, tantopere paupertatis experte, cælestium donorum devitiarumque inopia laborant; et sæpe etiam corpora, morbis alijsque incommodis afflicta, handlones breviesque intemperantiæ luunt pœnas.

Obedientia & Humilitas.

Cap. VIII.

Nec re cæterarum rerum facultate magis quàm sua libertate arbitrijque abdicavit se,